Postquam ritè Circulum perfeceris, et nomina sancta apposueris, antequam illum ingrediaris, aqua benedicta asperges quatuor angulos quadrati, dicendo asperges me Dne Hyssopo Dicesq; cum Socijs Litanias Sanctorum, et hanc orationem pronunciabis. —

Dne conditor Coeli, et Terræ, qui per tua Sacrosancta mysteria servis tuis concessisti ut miracula ederent quando opus esset, exaudi nunc preces servi tui, et promissionem confirma, omnemq; malignum Spum ab hoc Spo depelle, sitq; mihi questo propugnaculum ac presidium ab oi immunda creatura, sitq; tibi Laus, honor, et gloria, per oia sec. secl.

De Pentaculo cap. 7°

Nunc de Pentaculo loquemur, quod precipuum est Instrum. artis sine quo Mag.° operari non potest, à quo certa oia artis dependet, in quo omnis virtus et potestas ab Altiss. posita est, à quo omnes Spus Amdonai tam boni quam mali operanti obedire urgent, cuius descriptio, et preparatio, ut facilius tibi patefiat te docebimus.

Duplex esse Pentaculum, quo uti debemus in Arte, Unum

unatle